

## FABVLARVM

## POETICARVM

P. OVIDII META-

MORPHOSI DESCRI-

ptarum

*INTERPRETATIO ETHI-*  
*ca Physica & Historica.*

Autore

GEORGIO SABINO.

LIBER V.

FABVLA. I. DVMOVE EA &amp;c.

De Capite Gorgonis homines in  
fata convertente.

**T***U*multus & pugna Cephenorum docet, convivia &  
perpotationes saepe in bellorum tragœdias verti: motis-  
que armis in partes abstrahi; Expertes frustra belli &  
neutra arma secutos, sicut exemplum Ida in hac pugna te-  
statur: item docet, quantus sit furor tumultuantium, quam  
indigne cades fiant; ubi ait:

Indomitas ardescit vulgus in iras, &amp;c.

Furor tu-  
multuan-  
tium.Heroes in  
periculis  
divinitus  
protegun-  
tur.In bello ci-  
vili tollitur  
discrimen  
sacri & pro-  
fani.

PROTEGIT AEGIDE] In periculis autem Heroes  
proteguntur divinitus: quod ut Poeta significaret, finxit  
Persea confligentem contra tantam hostium multitudi-  
nem, protegi divino clypeo.

CERERISQUE SACERDOS] Quippe omni discrimi-  
nate sacri & profani remoto, trucidantur innocentissimi  
quisque, etiam armis abstinentes, sacerdos, musici, senes.

Adhuc